1240 Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto

ex fos

Olßowski Laßowskiemu Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premyslien(sibus) Generosus Ioannes Olßowski olim Generosi Caspari Olßowski
Venatoris Terrae Chelmensis filius sanus mente et corpore existens A Terrestribus
[illegible] Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedens
praesenti [illegible] Castrensi Capitaneali Premyslien(si) Iurisdictioni quoad actum praesentem atti-
nens secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter explena-
rie incorporando et subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit
Qua ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Totam et integram Villam
Lutowiska in Terra et Districtu praesenti Premyslien(si) iacentem cum Fana et Prae-
dio ibidem sitis Cum omni omnimodo eorum Iure dominio et proprietate tituloque obli-
gatorio summa omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus pro-
venientibus redditibus Commodis obventionibus emolumentis Agris Pratis Cam-
pis Sylvis Nemoribus indaginibus Rubetis pascuis fluvijs fluminibus Ri-
vis rivulis torrentibus eorumque decursibus Stagnis Lacubus Piscinis hortis po-
marijs Cum Praedio Tabernis Molendinis holodijs Structuris aedificijsque
quibusvis tum Subditis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis eorumque laboribus
Censibus dationibus Vecturis Munijs ex eisque attinentibus et pertinentibus generaliter uni-
versis Nihil ex praemissis Iuris dominij proprietatis ac Cuiusvis Competen-
tiae Obligatorialis pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando
seu excipiendo Verum in tota latitudine longitudine circumferentiaque prout praefatorum
Bonorum haereditas sera suis metis et Limitibus ab antiquo extendit et ex-
tenditur et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possi-
debat ipsaque concernebant ac eadem servabant tam ex nunc et de facto
Generoso Georgio Laßowski eiusque posteris in Summa Sex Millium florenorum
Polonicalium certi veri iusti et liquidi debiti mutuatis per se Recognoscentem
apud ipsum pecunijs hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxime venturum et indefesse pro tunc exemptionem ad
aliud simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per Triennium proxime
Venturum intercedens et sic de Triennio ad Triennium Triennijs ex ipsis
sese Continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorum
et Summae Suprascriptae totalem et integram indivisamque persolutionem
obligavit inscripsit et invadiavit prout praesentibus obligat inscribit et invadiat
Tam ex nunc ipse Recognoscens coram Officio praesenti memorato Obligatario

suo

Suo et eius post. in eadem bona praesent. obligata dat et admittet realem Intromiss.
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Competent. et Nobiles
duos die quacunque voluerint officio praesenti acceptand. Per ipsos Obligatarium suum et
eius Successores bona eadem obligata tenend. habend. et possiden. illisque quiete
et pacifice utifruen. ac ad usus suos et suorum Successorum quoslibet bene
placitos libere et effective convertendi modo ac titulo Obligaminis usque ad exe-
ptionem bonorum praefatorum realem et summae supradictae totalem et indivisam
persolutionem debebit et tenebitur praefatus Generosus Olszowski Recognoscens
pro se ac suis Successoribus in et super bonis suis generaliter omnibus ac sin-
gulis quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus
eundem Generosum Deborium Jaszowski Obligatarium suum et eius posteros
in eisdem bonis obligatis et ratione eorundem bonorum ab omni et qualis
impetitione iuridica quarumcunque Personarum cuiuscunque Conditionis Status et
Sexus cuiusvis existentium usque ad exemptionem bonorum praefatorum ac sum-
mae praefatae totalem et integram persolutionem in omni Iudicio et officio Regni
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et libe-
rare indemnemque cum posteris reddere Necnon bona praefata praesent. obligata
tam in toto quam in parte ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus
prioribus et posterioribus super eadem bona obligata modo quovis factis et
faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona importatis et impor-
tandis Iuribus denique et Personis Processibus Iuris quibusvis in eisdem
bonis obligatis perductis et perducendis in quocunque puncto et gradu Iuris
dependentibus ac in quovis Iudicio et officio Regni obventis et obveniendis emun-
dare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem
praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesent.
obligatorum dum per Ministerialem et Nobiles officio requiretur non denegare
imo debebit et tenebitur eandem libere dare et admittere datamque et ad-
missam eandem quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas
et subordinatas Personas non adimere nec impedire ipsumque Generosum
Jaszowski Obligatarium suum et successores eius in eisdem bonis tam in toto
quam in parte non inquietare Ita ut eadem bona idem Generosus Jaszowski
una cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Obligatoriae vigore
tenere habere et possidere queat Idque sub Vadio simili summae
Sex Millium floren. Polon. per eundem Generosum Olszowski Reco-
gnoscentem sive eius Successores eidem Generoso Jaszowski Obligatario

1250 cuius[que] poenae ob non complementum omnium et singulorum tam in toto quam in parte totum quicquid opus fuerit ad solvendum succumbens. Pro quo quidem vadio memorato praemisso ad solvendum suum ac re aliqua parte praemissorum sibi non completa complendo citatus erit memoratus recognoscens Generosus Joannes Olszewski aut eius successores ad instantiam supradicti Generosi Bebori Jaszowski sive eius successorum ad officium praesens castrense capitaneale Premisliensis extunc Regalis supradicti quo ad videndum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere videre vadium praetactum luere, inventionem praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur se ac suos successores ad ea omnia insbit et obligat praesenti illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorve vulnerato sui aliorum legione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta vel tuendam rem vel aliis quibusvis dilationum et legalibus impedimentis non afferendo ad diversum aliterea ultra proximos officii praefati castrensis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque movendo appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis leucarum suspensionis... suis praetensione ... bello conventiones ac aliis quibusvis suis remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

7/VI Actum in Castro Premislien Sabbatho post Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini proximo Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.

Stronska Marito suo Approbat eundemque Quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premisliensibus Generosa Hedwigis Generosi Alexandri Mizylowski filia Generosi vero Adami Stronski consors legitima cum eiusdem Mariti sui vero tutoris coniugalis authoritate et assistentia ... ad infrascripta recognoscenda consensu sanamente et corpore exens ... Iurisdictioni suae quibusvis propriis et competentiis recedendo praesenti vero Castren Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando

et obligando